



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XXXVI. S. Ivlivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

Iature eos, & ad solatium defensionis capitula Nicæni Concilij, quæ apud eos malorum violentia iam non erant, transmittere in eadem se dicit. Hic ordinavit Episcopos 27. presbyteros 25. diaconos 6. qui Nonis Octobris confessor obiit.

XXXVI.

S. IVLIVS.

A. CCCXXXVI

IVLIVS, natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annos 15. menses 2. dies 6. Fuit autem temporibus Constantij hæretici filij Constantini, à Cōsulatu Feliciani & Maximini. Hic decem menses in exilio degens multas tribulationes est passus. post mortem autem prædicti Constantii ad sedem suam est reuersus. Qui imprudentibus Constantio & Constante Augustis Romæ cum 116. Episcopis Synodum habuit, in qua fidem in Nicæno Concilio à 318. orthodoxis Episcopis corroboratam confirmando exposuit, & contra illam omnes sententes omnium decreto anathematizauit. Hic in prima epistola, quam yniuersis Orientalibus Episcopis direxit, multiplicitate ac rationabiliter eos à calumniis fratrum documentis retrahere nititur, præponens eis multa ex Nicæni Concilii capitulis, & ex suorum prædecessorum decretis confirmans & ipse eadem cum omnibus Apostolicæ regulæ subiectis. In ea verò epistola, quam eisdem orientalibus Episcopis hæreticis scripsit, diserto ac libero ore eos de insolentia, quam contra Romanam Ecclesiam habuerant, arguit, & multis capitulis, multorum auctoritate subnexus & in ea positis eos iniustè Athanasium & cæteros Catholicos Episcopos à sedibus expulisse conuicit, & eodem hac de causa vocatos culpables ostendit, quia totiens votati venire distulerint, ita dicens. *Sanè manifestum est eos suum confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire dissulerint, & purgandi se voluntate non utuntur.* Hic etiam constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico diceret, nisi in Ecclesia. Hic ordinavit Episcopos 9. presbyteros 18. diaconos 4. Qui obiit confessor pridie idus Aprilis.

XXXVII.

S. LIBERIVS.

A. CCCLII.

LIBERIVS, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annos 15. menses 7. dies 3. Fuit autem temporibus Constantini usque

E 3

ad Con-